

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

suis parochiis non sit feriatas, sed nunc hunc, nunc alium praedicantem apostatam de parochiis sub monasterio amoverit. Neque porro Imperator aliquid propter bellum Turcicum movere valuit, quo sic coadunatis viribus hosti resisteretur.

D. commissarius Frisingensis, scilicet Rev. admodum, nobilis ac perdoctus D. *Christophorus Monch*, de quo iam supra dictum est, audita et visa pietate et devotione quorundam parochianorum de tribus diversis parochiis sub monasterio *Seitenstetensi*, qui post festum Ascensionis Christi cum vexillis et sacerdotibus ad *Cellam BMV.* sese contulerunt, et ipse alias vir pius et devotus, circa eadem tempora cum uno ac altero itineris comite pedes se ad eundem locum cum nobili juvene *Christophoro Romano* contulit. Quod iter, licet alias podagricus et senio utcumque confectus fuerit, magna cum patientia per salebrosam illam viam perfecit et de tanto concursu priorum hominum ad loca tam inculata valde delectatus est, supra modum vero de vilitate precii omnium rerum victualium admiratus est, cum vix cum toto suo comitatu tribus distinctis vicibus 2 fl. consumpserat.

Idem D. *Monch* suis comitibus enarravit, quemadmodum antehac in Helvetia in *Einsidl* et apud *s. Gallum*, multisque in aliis locis peregrinatus fuerit, sed nullibi tam salebrosam viam et tot montes conspexerit et conscenderit, quam in hac sua peregrinatione. In reditu ad *Gösling* et *Holnstein* divertit ad illos duos parochos, a quibus liberalissime tractatus fuit, unde facile omnis molestiae in via perpessae oblitus est.

Eundem D. parochus in *Holnstein* per currum ad oppidum *Weyr* ad *Petrum Oxium* comitatus est, a quo etiam peramice et hospitaliter tractatus, domum in curru *Waidhofum* abiit.

(*Religiöse Unruhen. — Restauration von St. Thomas in Prag. — Aus den Herrscherhäusern. — Religiöse Unruhen in Komotau. — Türkenkrieg.*)

1594.

(*Türkenkrieg.*)

Tanta copia annonae superiori anno creverat, ut modius siliginis non carius quam 7 β venditus fuerit. Vini mediocris copia fuit, tam quoad copiam, quam etiam quoad eiusdem praestantiam.

Getreide
und Wein.

(*Türkenkrieg.*)

Circa haec tempora *Sebaldus Öker* et *Thomas Gasner*, olim in senatu *Waidhofensi* et saepe iudices (qui circa annum 1588 a caesareis commissariis *Waidhofi* propter rebellionem contra suum principem episcopum Frisingensem omni dignitate cum toto senatu exuti fuerant) a Caesare *Rudolpho* ex singulari clementia ex parte restituti sunt, non tamen unquam ad senatum amplius admissi. Quid, si quandoque aliquibus Styrensibus simile quid contigisset, quis inficias ire queat, id merito accidisse? Praesertim suo archigrammataeo *Melchiori Hubero*? Sed ad alia.

Waidhofen.

Eodem verno tempore D. *Severinus Hedereus*, cooperato *Waidhofensis*, per Bohemiam, Misniam, inferiorem Saxoniam in suam patriam in Westphaliam profectus est cum unico puero, qui in reditu suo *Waidhofum* mira de illis